

# ANALEKTEN.

---

## 1.

### Neue Texte zur Geschichte des apostolischen Symbols.

Herausgegeben

von

**A. E. Burn B. D.,**

Rector of Kynnersley (Wellington Salop).

---

## II.

Der Sermon, den ich hier nach drei Handschriften herausgabe, ist im Mittelalter ziemlich verbreitet gewesen. Caspari hatte sich von ihm mehrere Abschriften gemacht, ist jedoch gestorben, ohne ihn zu edieren. Vgl. „Alte u. neue Quellen zur Geschichte d. Taufsymbols etc.“, 1879, S. 280, Anm. 181; ferner „Martin von Bracara“, pag. LVII, Anm. 2. Ferner Katzenbusch, Das apostol. Symbol II, S. 17, Anm. 14. Caspari nimmt an, dass der Sermon dem „früheren Mittelalter“ angehöre, ohne sich spezieller zu äußern. Ich benutze 1) Cod. Sessorianus 52, saec. XII, s. über denselben und seinen auch sonst für die Symbolgeschichte wichtigen Inhalt die Mitteilungen von Dom Morin in Rev. Bénéd. 1897, p. 481 sqq. Aufserdem benutze ich 2) Cod. Vésoul 73, saec. XI, den Herr V. Sauerländer für mich kopierte, 3) Cod. Sangall. 732, saec. IX, G, den Herr Dr. Fäh abzuschreiben die Güte hatte. Es ist im wesentlichen der *textus receptus*, den der Sermon auslegt. Besonderheiten sind 1) die Auslassung von *descendit ad infernum* in G und V, 2) der Zusatz *victor* vor *ad caelos*, G und V, 3) *Carnis resurrectionis* in G. Die Form des Sermons ist in Cod. G die kürzeste. Dieser älteste Codex scheint auch den ursprünglichsten Text zu gewähren, Cod. S und V

---

1) S. Bd. XIX, S. 179 ff.

stimmen wesentlich überein. Ich notiere nicht alle kleinen Varianten der Schreibung in den Codices, da das unnötige Unstädlichkeit scheint. Die Stücke, die in G fehlen mache ich durch Klammern im Druck kenntlich.

Incipit expositio super symbolum.

[Symbolum graeca<sup>1</sup> lingua dicitur quod in latino interpretatur conlatio sine indicium. Conlatio quia duodecim apostoli duodecim verba<sup>2</sup> composuerunt. Indicium per quod<sup>3</sup> indicatur omnis scientia ueritatis per quod possumus peruenire ad uitam aeternam. In istis duodecim uerbis etiam<sup>4</sup> symboli tota haeresis<sup>5</sup> excluditur, et omnis sapientia ueritatis<sup>6</sup> demonstratur.] Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem caeli et terraee. Omnipotens<sup>7</sup> [dicitur quia sua potentia] ipse creauit omnia bona. Mala et mendacium uel malitia non est a Deo creata, [sed a diabolo et malis hominibus est inuenta<sup>8</sup>]. Et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Ihesus et Messias hebraice dicitur<sup>9</sup> saluator et<sup>10</sup> salutaris in latino [dicitur. Nam]<sup>11</sup> Ihesus proprium nomen est quia sic ab angelo Gabriele priusquam conciperetur uocatus est, sicut ipse [archangelus<sup>12</sup> ad Mariam] dicit: '[Ecce] concipies et paries filium et uocabis nomen eius Ihesum. Qui conceptus est de Spiritu Sancto id est per administrationem Spiritus Sancti sicut Gabrihel ad Mariam dixit: 'Spiritus Sanctus super te ueniet<sup>13</sup> et uirtus altissimi obumbrabit tibi.' Natus ex Maria uirgine [id est quia sancta Maria semper uirgo fuit, uirgo ante partum, uirgo post partum, uirgo concepit, uirgo peperit et uirgo permansit]<sup>14</sup>. Passus sub Pontio Pilato. Propterea dicitur 'passus sub Pontio Pilato'<sup>15</sup> quia ipse erat in illo tempore dux in Iudaea, [et ad hoc Pilatum commemorat ut nos non malum credamus Christum sed in illo qui sub illius regis tempore passus est]<sup>16</sup>. Crucifixus mortuus<sup>17</sup> et sepultus. Hoc secundum carnem fuit<sup>18</sup> non secundum diuinitatem quia diuina maiestas impassibilis est. Natus passus crucifixus mortuus et sepultus<sup>19</sup>. Propter<sup>20</sup> nos homines dominus<sup>21</sup> dignatus est ista omnia suscipere<sup>22</sup> ut nos a peccato redimeret et<sup>23</sup> de inferno liberaret, et<sup>24</sup> aeternam uitam condonaret quia nullus poterat introire in regnum Dei nisi ista omnia<sup>25</sup> sustinuisse propter nos

1) grece ... latine S. 2) + simboli S. 3) ipsum V. 4) quod etiam: quam V. 5) ista ... verba S. 6) om S. 7) + deus GS.  
 8) Malum uel malitia et mendacium ... creatum GS ... inuentum S.  
 9) + Christus et sother, grece GS 10) ut S. 11) om dicitur. Nam S. 12) om S. 13) superueniet in te G. 14) om S.  
 15) s P. P. p. GS. 16) om S. 17) + est S. 18) dicitur GS.  
 19) om Natus ... sepultus S. 20) pr. Nam S. 21) om S.  
 22) ista ... suscipere: nasci, pati, crucifigi mori et sepelliri S.  
 23) ac S. 24) + nobis G. 25) tota G, talia S.

filius Dei<sup>1</sup>. Tertia die resurrexit a mortuis. [Nam]<sup>2</sup> sicut ipse tertia die resurrexit a mortuis facta praeda [in] inferno<sup>3</sup>, [et]<sup>4</sup> uius exiit de sepulchro. Ita et nos in die iudicii absque dubio resurrectos nos<sup>5</sup> esse credamus. Ascendit [victor]<sup>6</sup> ad caelos ipsa carne in<sup>7</sup> qua natus in qua passus in qua resurrexit<sup>8</sup> in ipsa ascendit ad caelos. Sed et ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Dextera Dei non est corporea, quod nefas est de Deo sentire, quia [diuina maiestas non secundum humanam speciem de]signatur<sup>9</sup><sup>10</sup>. Deus totus dexter est, quia totus bonus<sup>11</sup> est<sup>12</sup>. In deuenturus iudicare uiuos et mortuos. Ipse homo [et]<sup>13</sup> Deus Dei Filius qui cum hominibus conuersatus est in mundo qui numquam fuit aliquando sine Patre, ipse uenturus est in gloria maiestatis suae cum angelis et archangelis et omnes [homines] iustos et peccatores ipse indicaturus<sup>14</sup> unicuique secundum opera sua. Uiuos proprie illi qui uiui inueniendi sunt in die iudicii. Credo [et]<sup>15</sup> in Spiritum Sanctum. Quomodo<sup>16</sup> credimus in Patrem sic debemus credere in Filium, ita et in Spiritum Sanctum quia tres personae in una diuinitate aequali gloria coaeterna maiestate<sup>17</sup> aequaliter absque dubio omnia possident quia aequali<sup>18</sup> cuncta uirtute fecerunt. Propterea dicitur unus Deus [et]<sup>19</sup> Pater [et Filius] et Spiritus Sanctus quia una est diuinitas aequalis gloria coaeterna maiestas. Sanctam ecclesiam catholicam non tamen in ecclesia<sup>20</sup> credere debemus quia ecclesia non est Deus sed domus Dei est. Ecclesia dicitur eo quod omnes<sup>21</sup> ad se nocet et in unum congreget, Catholica dicitur per<sup>22</sup> universum [mundum] diffusa [uel quia catholica est quia<sup>23</sup>] generalis doctrina<sup>24</sup> est. [Id est ad omnes homines<sup>25</sup>, vel qnum] curat omnia peccata quae [per] corpus et animam perficiuntur<sup>26</sup>. [Ibi est ecclesia catholica ubi est] congregatio fidelium qui rectam fidem tenent et credunt<sup>27</sup> et in opere bono proficiunt. Sanctorum communionem. Ibi<sup>28</sup> est communicatio sancta per invocationem<sup>29</sup> Patris et Filii et Spiritus Sancti ubi omnes fideles omnibus diebus dominicis communicare debent. Remissionem pec-

1) F. D. pro nobis G. 2) + descendit ad infernum S. 3) in inferno] inferni S. 4) om S. 5) + res. i. d. i. a. d. G S. 6) om S. 7) in ipsa c. G V. 8) pr. et S. 9) om quia ... designatur S, signatur G. 10) om G. 11) est b. S. 12) + est G. 13) om S. 14) omnesque iustus et peccatores uiuos et mortuos ipse erit iudicaturus G, iudicaturus uiuos ac mortuos S, + et redditurus G S. 15) om S. 16) om S. 17) om aeq. g. c. m. S. 18) aeq. uirt. c. G, aequaliter cuncta fec. S. 19) om S. 20) ecclesiam profitemur sanctam non tamen in eam S. 21) domus V. 22) in V. 23) pr. hoc est G S. 24) + in ea S. 25) om S. 26) proficiunt G. 27) cred. et ten. S. 28) Id S. 29) om per. inv. V. 30) ibi S.

catorum. Septem sunt remissiones peccatorum. Prima [per] baptismum [sicut propheta dicit: 'Beati quorum remissae sunt iuiquitates']. Hoc est in baptismo ex peccata originalia quae per primum hominem Adam traximus].<sup>1</sup> Secunda [per] paenitentiam [sicut dicit: 'et quoram tecta sunt peccata'. Tertia] per martirium [ut ait: 'Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum']. Quarta remissio est indulgentia<sup>2</sup> inimicorum sicut dicimus in oratione dominica: 'Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris'<sup>3</sup>, [si enim remiseritis hominibus peccata eorum dimittet nobis Pater noster<sup>4</sup> caelestis peccata nostra, si autem non remiseritis nec Deus dimittet nobis']. Quinta remissio est] per ueram caritatem, hoc est ex operibus<sup>5</sup> misericordiae, sicut ipse dominus dicit: 'Esurui enim et dedistis<sup>6</sup> manducare, sitiui et dedistis mihi bibere, hospes eram et collegistis me, nudus et operuistis me, [infirmus et uisitasti me]<sup>7</sup>, in carcere eram et uenistis ad me. Ista<sup>8</sup> sunt sex opera misericordiae. Quicumque<sup>9</sup> ex fide [est] et bonam uoluntatem [ad omnes pauperes et peregrinos et ad seruos Dei ut ancillas Dei facit. Sexta remissio per elemosinam sicut ipse dominus dicit: 'Date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis'. Septima<sup>10</sup> [remissio est per praedicationem sicut propheta dicit: 'quodsi ego te dicentem ad impium ipse impium se corde uertatur a via sua mala et ipse impius fecerit iustitiam uita uiuet et non morietur dicit dominus, et tu animam tuam liberasti'. Et sanctus Iacob ait: Qui conuertere fecerit peccatorem ab errore uiae sua saluabit animam eius a morte et suorum quoque cooperit multitudinem peccatorum]. Carnis resurrectionem<sup>11</sup> [sicut Iob per Spiritum Sanctum dicit: 'Scio quod redemptor meus uiuit et in nouissimo die de terra resurrecturus sim et rursum circumdabo pellem meam et in carne meo uidebo Deum, quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alias. Reposita est haec spes mea in sinu meo]<sup>12</sup>. In ipsa carne in qua uiuimus mouemur et sumus in ipsa<sup>13</sup> in die indicii absque dubio resurrecturi<sup>14</sup> non naturam aut<sup>15</sup> sexum mutantes<sup>16</sup> sed [fragilitatem et] uitia deponentes.

1) om Hoc ... traximus S. 2) per indulgentiam S. 3) + et ipse dominus dicit S. 4) et pater noster caelestis dimittet uobis peccata uesta ... uobis S. 5) per sex op. V. 6) + mihi S. 7) pr. in carcere etc. S. 8) Istae sunt operationes nostraræ quicumque G. 9) om Quicumque ... facit S. Sexta uel est illud: 'Quaecumque uultis ut faciant uobis homines ita et uos facite illis' S. 10) Septima [in] doloribus multis ut dictum (datum G) est: Per infirmitatem corporis uitius animae (pr. et G) perficitur G S. 11) resurrectionis G. 12) om G S. 13) om G. 14) nos resurrecturi in diem iudicii erimus G S. 15) natum autem G. 16) inmutantes.

Et dominus dicit: 'In resurrectione neque nubent neque nubentur sed sunt<sup>1</sup> sicut angeli Dei in caelo', [hoc<sup>2</sup> est iusti]. Uita m aeternam. Aeterna uita hoc est sine fine mansura<sup>3</sup>. Aeterna uita erit ubi mors numquam erit sed semper [perpetua] felicitas [erit, sicut propheta dicit: 'Erit opus iustitiae pax cultus iustitiae silentium et securitas usque in sempiternum']<sup>4</sup>.

Am Rande des Cod. Sessorianus, zum Teil rechts, zum Teil links, sind die Namen der Apostel (in der Reihenfolge des Canon Romanus) vermerkt und mit einzelnen Artikeln in Verbindung gebracht. Das hat auch schon Morin mitgeteilt Die Verteilung ist folgende:

Petr. I (Credo)
Paul. II Et in Ihm
Andr. III Qui conceptus
Jacob. IV Passus
Joh̄s. V Descendit
VI Thoma Ascendit
Jacob. VII Inde

Philipp. VIII Credo
Bartholoms VIII Sanctam
Matheus X Remissionem

XI Symon Carnis
XII Taddeus Vitam aeternam

Diese Liste ist diejenige, die ich auch Bd. XIV, S. 183 benutzte.

### III.

1. Sermon aus Codd. Vat. Pal. 212 u. 220, mit einem Stück aus Cod. Sessor. 52. 2. Sermon aus Cod. Ambros. M. 76 sup.

#### 1.

Den nachstehenden Sermon fand ich in zwei Manuskripten der vatikanischen Bibliothek: Cod. Vat. Pal. 220 (A), saec. IX u. 212 (B), saec. IX, vel. X. Er ist eine merkwürdige Kompilation, beginnend mit den Anfangsworten des Athanasianums. In Cod. 212 traf ich am Rande einige Citate aus dem Fortunatus-Kommentar zu letzterem. Allein sie sind kurz und können hier übergegangen werden. Die Form des Symbols, das der Sermon vorbringt, ist R mit geringen Änderungen. Es fehlt „dominum nostrum“. Ein Zusatz ist: „ascendit uictor ad coelos“. Zu beachten ist die Umstellung: resurrexit tertia die, ferner

---

1) erunt S. 2) id S. 3) sine mensura S, sine fine mansunt G.  
4) o m G S. Sequitur in S. Amen. Haec summa est fidei nostrae, dilectissimi nostri. Haec uerba sunt symboli. S. 448.

die Form inde. Zum Schlufs der Zusatz: *vitam futuri saeculi*. Das Symbol ist auf die zwölf Apostel verteilt, deren Reihenfolge diejenige von Matth. 10, 2—4 ist, nur dass zum Schlufs Matthias statt Judas Ischarioth auftritt. Vgl. auch Cod. Sangall. 40 (darüber Bd. XIX, S. 183). Zum Teil bemerkt man Benutzung des *Sacramentarium Gelasianum*, Lib. I *Ordo XXXV*. Ich bemerke ferner ein Citat aus Nicetas: „*pauca sunt verba, sed omnia continent sancta sacramenta*“; die nächsten Worte benutzen auch die *explanatio* dieses Bischofs noch (s. Caspari, *Anecdota I*, p. 359). Auch der schon genannte Fortunatus-Kommentar ist offenbar verwertet worden.

Quicumque vult esse saluus ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integrum inuolatamque seruauerit absque dubio in aeternum peribit. Ideo apostoli symbolum<sup>1</sup> constituerunt, primus Simon Petrus dicit: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*; Andreas, frater eius, et in Ihesum Christum Filium eius unicum; Jacobus Zebedaei<sup>2</sup>, qui natus est de Spiritu Sancto et Maria semper uirgine; Johannes, frater eius, qui sub Pontio Pilato crucifixus et sepultus est; Philippus, surrexit<sup>3</sup> tertia die a mortuis; Bartholomaeus, ascendit uictor ad caelos; Thomas, sedit ad dexteram Patris; Mathaeus, inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos; Jacobus Alphaei<sup>4</sup> et in Spiritum Sanctum; Thaddaeus<sup>5</sup>, ipse Judas Jacobi, sanctam ecclesiam; Simon Cananaeus, qui et Zelotes<sup>6</sup>, remissionem peccatorum; Mathias, carnis resurrectionem et uitam futuri saeculi. Amen. Sancta trinitas et uera unitas, id est Filium natum ex Patre et ante omnia saecula, lumen de lumine, Deum verum de Deo uero atque eundem dominum nostrum et Deum Ihesum Christum consubstantialem Deo Patri secundum deitatem, aequalis<sup>7</sup> gloriae et honoris, unam<sup>8</sup> eandemque<sup>9</sup> in tribus personis essentiam, naturam, uirtutem, potentiam<sup>10</sup>, regnum, imperium, uoluntatem, operationem, incomprehensibilem, immutabilem<sup>11</sup>, summum bonum. Idcirco igitur istud iudicium posuere unianimitatis<sup>12</sup> et fidei suae apostoli symbolum<sup>13</sup>, id est signum per quod agnoscitur Deus; sicut mos est saecularibus<sup>14</sup> ut in bellis symbola discreta sint<sup>15</sup>, ut si forte occurreret quis de quo dubitatur interrogat, symbolum prodeat, ut si sit hostis an socius; quod quiquam<sup>16</sup> preinde credentes

1) simbolum B. 2) codd. Zebedei, Bartholomeus, Matheus.  
 3) dixit (?) man. s. e. A. 4) Alfei A, Alphei B. 5) Thathaeus  
 A, Thatheus B. 6) Zelotis A B. 7) codd. equalis. 8) om  
 unam B. 9) eundemque A B. 10) potentia A. 11) immutabilem A B.  
 12) unianimitatis A. 13) simbolum codd. semper. 14) sic more  
 secularibus B. 15) sit codd. 16) q̄ qq A B. qq = quiquam? quoque?

accipiunt et nouerint qualiter contra diabolum<sup>1</sup> fidei certamina praepararent. In quo quidem pauca sunt uerba sed omnia continent sancta sacramenta, ut qui etiam haec<sup>2</sup> in corde retinent sibi sufficienter salutem animarum habent. Haec summa<sup>3</sup> est fidei nostrae, dilectissimi, nobis<sup>4</sup>. Haec uerba sunt symboli<sup>5</sup> non sapientiae humano sermone fuscata<sup>6</sup>. Sed uere diuinitatis<sup>7</sup> ratione disposita, quibus comprehendendis atque seruandis nemo non<sup>8</sup> idoneus nemo non<sup>9</sup> aptus est. Hic Dei Patris et Filii una et aequalis pronuntiatur potestas. Hic unigenitus Dei Filius<sup>10</sup> de Maria uirgine et Spiritu Sancto secundum carnem natus ostenditur. Hic eiusdem crucifixio ac sepultura et<sup>11</sup> die tertia resurrectio praedicatur. Hic ascensio ipsius super caelos<sup>12</sup> et confessio in dextera paternae maiestatis agnoscitur. Venturus usque<sup>13</sup> ad iudicandum<sup>14</sup> uiuos et mortuos declaratur. Hic Spiritus Sanctus in eadem deitate qua Pater et Filius<sup>15</sup> indiscretus accipitur. Hic postremo<sup>16</sup> ecclesiae uocatio, peccatorum remissio, et carnis resurrectio perdocetur<sup>17</sup>. Quae breuissima plenitudo ita debet uestris cordibus inherere<sup>18</sup> ut omni tempore praesidio huius confessionis utamini<sup>19</sup>. Inuicta est enim talium armorum potestas et contra nobis omnes insidias diaboli tamquam bonis Christi militibus profutura diabolus, qui hominem temptare non desinit munitos nos hoc symbolo semper inueniet. Ut deuicto aduersario cui renuntiasti gratiam domini incorruptam et immaculatam usque in finem, ipso quem confitemini protegente<sup>20</sup>, seruetis Ihesu Christo domino nostro, qui uiuit et regnat.

Pater ut fons, Filius ut flumen, Spiritus uero Sanctus ut riuis a flumine; siue Pater sicut radix, Filius sicut arbor, Spiritus autem Sanctus sicut flos. Simili exemplo comparatur Pater quasi sol, Filius quasi radius, Spiritus enim Sanctus quasi apex. Iterum Pater uelut ignis Filius velut calor Spiritus Sanctus velut<sup>21</sup> candor. Dabo enim exemplum aliud uobis adhuc quomodo trinitas sancta uera unitas sit certa. Una est sapientia in homine et de una sapientia procedit intellectus et memoria ingenium. Si ergo tu homo habere potes tria ista in una sapientia quanto magis Deus in una deitate

1) diabolum A B. 2) Hec A B. 3) om est A B. 4) uobis A B. 5) simili A, simboli S. 6) fucata A, facta S. 7) uera diuinitibus A B. 8) nemo non: nisi B, non A. 9) om non B. 10) om S. 11) et (B) s. ac A B. 12) celos A. 13) uenturus que A B. 14) iudicando AB. 15) qua P. et F. deitate A B. 16) Postremo A. 17) sequitur in S: Nos ergo, dilectissimi, ex uetera homine in nouum reformemur, et de carnalibus spiritales, de terrenis incipiamus esse caelestes. Securam consecuti fidem credamus resurrectionem, quae facta est in Christo, etiam in nobis omnibus esse complendam. Et hoc secururos (!) in toto corpore quod processit in capite. 18) inherere codd. 19) munimne? B. 20) protege:te B. 21) uelud A.

tres quidem personas habere credendus est, sed unam substantiam. Nam et caput<sup>1</sup> quinque sensibus constat. Habes enim in uno capite uisum, auditum, odoratum, et gustum et tactum. Quia in uinea tres sunt lignum, folium, fructus. Si ergo corruptibilia et terrena ita unum sunt ut uere trea sint et ita trea ut uere unum sint. Primum ergo fructum habetis si bene creditis secundum est baptizabimini. Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit baptizatus corde credit ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quicumque invocauerit nomen domini saluus erit.

## 2.

Der folgende Sermon findet sich in Cod. Ambros. M. 79 sup., saec. XI. Das darin behandelte Symbol ist T. Doch ist zu bemerken, dass „unicum“ nicht mit filium, sondern mit dominum zusammengezogen ist. Vgl. dazu Bratkess Beruer Manuscript, Das Book of Deer, Cod. lat. Monac 14508, einen altdeutschen Text in Cod. Vindob. 2681, saec. XI und drei englische Texte aus dem 14. und 15. Jahrhundert.

## Item alia expositio simboli.

Symbolum graece latine inditum sive conlatio dicitur. Inditum quia id indicatur fidei integritas. Signum quod eo bene retento et intellecto fideles ab infidelibus discernuntur. Conlatio quia in eo apostoli omnem fidei integritatem contulerunt. Credo in Deum id est firmitatem fidei meae profiteor. Deus a timore, Deus eo quod cunctis coalentibus sit timor. Credo Deum esse sine principio et sine fine uisibilem, inuisibilem, et incomprehensibilem. Et quando dico Patrem credo quod coaeternum et coaequalem sibi per omnia genuit Filium. Ut Johannes ait: ‘In principio erat Verbum’; et psalmista dicit: ‘Ante Luciferum genui te’. Cur omnipotens Dens? Eo quod omnia possit et omnia continet potestate. Et credo in eum qui creauit caelum et terram ex nihilo<sup>2</sup>. Et credo in Ihesum Christum Filium eius. Ihesus in hebraeo<sup>3</sup> eloquio, latine salutaris sive saluator interpretatur. Christus graece a chrismate nomen accepit, latine unctus dicitur, de quo in psalmo dicitur: ‘Propterea unxit<sup>4</sup> te Deus Deus tuus et reliqua’. Non terreno oleo ut reges et sacerdotes solent perungui. Sed unctio ista incorporea et inuisibilis fuit. Filium eius dicit eo quod habeat Patrem. Patrem uero eo quod habeat Filium. Genitum namque ante omnia tempora ut Johannes ait: ‘Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil’. Unicum Dominum nostrum. Unicum uel sin-

1) capud codd. 2) nichilo. 3) ebreo. 4) uncxit.

gularem Dominum qui cuncta gubernat et dominat quae condidit. Qui conceptus est de Spiritu Sancto. Non ex uirili coitu uel semine sed ex virtute Spiritus Sancti conceptus est. Natus ex Maria uirgine non violato uirginis utero sed uirgo ante partum, uirgo in partu, uirgoque post partum. Passusque sub Pontio Pilato. Passionem uero crucis sustinens ex parte humanitatis sub Pilato Romano principe, qui ortus fuit in Pontio. Ut dictum est: 'Cruci adfixus' ante portas Hierosalem<sup>1</sup> in Caluario monte. In hoc quoque patibulo mortuus humanitate ac sepultus est in monumento. Descendit ad inferna. Tantummodo anima ut psalmista dicit: 'Vita mea in inferno adpropinquabit, et factus sum sicut homo inter mortuos liber'. Descendit enim in infernum non iniuriam pertulit sed ut noxii soluerentur, qui propter originale peccatum illic detinebantur. Partem abstulit partem reliquit. Tertia die resurrexit a mortuis. Tertia quoque die resurrexit a mortuis virtute propria suscitatus ab<sup>3</sup> sepulchro surrexit. Ascendit in caelum, ubi numquam defuit secundum diuinitatem. Sed et ad dexteram Dei Patres omnipotentis. Quod uero dicuntur Deus sedere et ascendere hoc ad carnis mysterium<sup>4</sup> pertinet, et Psalmista dicit: 'Parata sedes tua Deus'. Illucque non est sinistra pars, sed ubi sessio Dei est et iustorum dextera pars, id est convenienter congrue<sup>5</sup> accipitur, quia nihil est in regno Dei sinistrum. In deuenturus iudicare uiuos et mortuos, de qua sede ueniet iudicare uiuos et mortuos. Uiuos (f. 29<sup>1</sup>) dicit qui praedestinati sunt ad uitam. Mortuos uero qui ad damnationem sunt praedestinati. Credo in Spiritum Sanctum qui a Patre Filioque processit, quia consubstantialis est Patri et Filio et coeternus. Et credo sanctam ecclesiam<sup>6</sup> catholicam diffusam per uniuersum orbem, id est congregationem fidelium electorum suae universalem. Et credo sanctorum communionem habere, id est societatem sanctorum si admipleuero quae profiteor. Et remissionem peccatorum firmiter spero me habere per Dei misericordiam. Primum per baptismum, secundo per martyrium<sup>7</sup>, tertio per elimosunam<sup>3</sup> sicut scriptum est: 'Peccata mea elimosunis redime in misericordiis pauperum. Quarto si remittit quis peccanti in se peccata sua, iuxta illud: "Dimitte et dimittetur uobis". Quinto si per praedicationem suam aliquis et per bonorum operum exercitum alios ab errore suo conuertat. Ut apostolus ait: "Quoniam qui conuerti fecerit peccatorum ab errore uiae suae". Sexto per caritatem ut dicit: "Caritas Dei cooperit multitudi-

1) iherlm. 2) tercia. 3) ad. 4) misterium. 5) congrue.  
6) aecclesiam. 7) elimosinam.

nem peccatorum'. Septimo per poenitentiam<sup>1</sup> sicut Dauid ait: 'Conuersus sum in aerumna<sup>2</sup> mea dii configitur spina'. Carnis resurrectionem, et credo resurrectionem carnis in qua nunc sumus resuscitandum in ultimo die cum omni integritate corporis in triginta annorum aetate. Et uitam aeternam credo me habere si Deus omnipotens mihi concederet perseuerare in operibus bonis. Ut psalmista dicit: 'Credo uidere bona Domini in terra uiuentium'. Amen. quo dicitur fideliter siue firmiter.

1) penitentiam. 2) erumna.

## 2.

## Daniel Greisers Bericht

über die von ihm gehörte Predigt Luthers zu Erfurt am 7. April 1521.

Mitgeteilt

von

Prof. P. Tschackert in Göttingen.

Die Lutherbiographen J. Köstlin und A. E. Berger haben die Thatsache erwähnt, dass während Luthers Predigt zu Erfurt am 7. April 1521 (auf seiner Reise nach Worms) in der überfüllten Kirche beinahe eine Panik ausgebrochen wäre, wenn nicht Luther selbst von der Kanzel her die auf der Emporkirche in Angst geratenen Zuhörer beruhigt hätte. (Vgl. J. Köstlin, Martin Luther, 2. Aufl., I, S. 440.) Aber nirgends finde ich die Quelle citiert, woher diese Erzählung stammt. Durch Studien über Corvinus kam ich nun zu dem Giefsener Pfarrer und späteren Dresdener Superintendenten Daniel Greiser (Greser, Gresser, Gresserus)<sup>1</sup> und dessen Selbstbiographie vom Jahre 1587. Beim Durchlesen dieses nicht uninteressanten

1) Greiser ist geboren den 6. Dezember 1504 zu Weiburg in der Grafschaft Nassau und starb am 29. September 1591. Vgl. C. Brockhaus' Art. G. in Allg. D. Biogr., Bd. IX, S. 641.